

menta ponunt nonnulli. Sed primus eorum autor Paracelsus, Medicina illa supposuit, adeoq̄, ut præteream Analogiam illam vanam esse ac prorsus nullam: Curationem quoq̄, per similia haud satis sibi constare, ad eam potiùs referuntur.

Sic malè quoq̄, diversæ Chymicorum sectæ communiter statuuntur. In Chymia quâ tali à Paracelso non differt Severinus; ast bene in ejus ad Medicinam applicatione.

§. 2. Trium Principiorum antiquissimi authores sunt Hermes & ex eo Basilus, qui ea per Animam Spiritum & Corpus designarunt. Basilium præ se secutus est Paracelsus, ac Salis, Sulphuris & Mercurii introduxit nomina. Vidit scilicet ex plantis potissimum aquã cum Spiritu separari, Olea deniq̄, & Salia per incinerationem produci. Olea cum flamam concipiant Sulphura vocavit; Aqua & Spiritus Mercurii nomine venerunt. Sed tria illa principia dici nequeunt.

Im. enim, non ex omnibus separantur, a arenâ, silicibus, Calce vivâ &c.

2d. ipsa ultimato in Aquam abeunt, quæ destructionis modus in sequentibus explicabitur.